29 καὶ ἀνομίας. Οὐαὶ ὑμῖν γραμματεῖς καὶ Φαρι- ſæi hypocritæ, quia ædificatis ſepulchra

σαῖοι ὑποκριταί, ὅτι οἰκοδομεῖτε τοὺς τάφους τῶν Prophetarum, & ornatis monumenta iuſtorum:

προφητῶν, καὶ κοσμεῖτε τὰ μνημεῖα τῶν δικαίων.

Et dicitis: *ἀνὸδ* Si fuiſſemus in diebus

30 καὶ λέγετε, ὅτι Εἰ ἤμεθα ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν patrum noſtrorum, non eſſemus * *communicatores* eorum in * ſocij

πατέρων ἡμῶν, οὐκ ἂν ἤμεθα κοινωνοὶ αὐτῶν ἐν τῷ ſanguine Prophetarum. Itaque ‖ *teſtamini* vobiſmet- ‖ teſtimo-

31 αἵματι τῶν προφητῶν. ὥστε μαρτυρεῖτε ἑαυ- ipſis, quia filij eſtis † *occidentium* Prophetas. † eorum

τοῖς, ὅτι υἱοί ἐστε τῶν φονευσάντων τοὺς προφήτας. qui occi-derunt

Et vos implete menſuram pa-

32 καὶ ὑμεῖς πληρώσατε τὸ μέτρον τῶν πατέ- trum veſtrorum. Serpentes, genimina viperarum, quomodo

33 ρων ὑμῶν. ὄφεις, γεννήματα ἐχιδνῶν, πῶς fugietis à iudicio gehennæ? * *Propter hoc* * Ideo dico

34 φύγητε ἀπὸ τῆς κρίσεως τῆς γεέννης; διὰ τοῦτο vobis,

ecce ego mitto ad vos Prophetas, &

ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω πρὸς ὑμᾶς προφήτας, καὶ

sapientes, & Scribas: & ex illis occide-
σοφοὺς, καὶ γραμματεῖς· καὶ ἐξ αὐτῶν ἀποκτε-
tis, & crucifigetis, & ex illis flagellabitis in
νεῖτε, καὶ σταυρώσετε, καὶ ἐξ αὐτῶν μαστιγώσετε ἐν
synagogis vestris, & persequemini de ciuitate
ταῖς συναγωγαῖς ὑμῶν, καὶ διώξετε ἀπὸ πόλεως
in ciuitatem: Vt veniat super vos omnis sanguis
εἰς πόλιν· ὅπως ἔλθῃ ἐφ' ὑμᾶς πᾶν αἷμα 35
† qui iustus, ‡ effusus § super terram, à san-
§ est δίκαιον, ἐκχυνόμενον ἐπὶ τῆς γῆς, ἀπὸ τοῦ αἵ-
guine Abel iusti, vsque ad sanguinem Zachariæ
ματος Ἅβελ τοῦ δικαίου, ἕως τοῦ αἵματος Ζαχαρίου
filij Barachiæ, quem occidistis inter templum,
υἱοῦ Βαραχίου, ὃν ἐφονεύσατε μεταξὺ τοῦ ναοῦ,
& altare. Amen dico vobis, quòd ve-
καὶ τοῦ θυσιαστηρίου. ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ἥ- 36
nient hæc omnia super generationem istam. Hieru-
ξει ταῦτα πάντα ἐπὶ τὴν γενεὰν ταύτην. Ἱερου- 37
* quæ occidis salem, Hierusalem * *occidens* Pro-
σαλήμ, Ἱερουσαλὴμ ἡ ἀποκτείνουσα τοὺς προ-
¶ lapidas eos qui ad te missi sunt, phetas, & ¶ *lapidans* *legatos* ad
φήτας, καὶ λιθοβολοῦσα τοὺς ἀπεσταλμένους πρὸς
ipsam, quoties volui supercongregare
αὐτήν, ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυναγαγεῖν τὰ
filios tuos, quemadmodum congregat gallina pullos
τέκνα σου, ὃν τρόπον ἐπισυνάγει ὄρνις τὰ νοσσία
† noluisti? suos sub alas, & † *non voluisti*?
ἑαυτῆς ὑπὸ τὰς πτέρυγας, καὶ οὐκ ἠθελήσατε;
Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta.
ἰδοὺ ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος. 38
* amodo, Dico enim vobis: Non me videbitis * *à nunc*, 39
λέγω γὰρ ὑμῖν, οὐ μή με ἴδητε ἀπ' ἄρτι
§ qui venit donec dicatis: Benedictus ‡ *veniens* in no-
ἕως ἂν εἴπητε, Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνό-
mine Domini.
ματι κυρίου.

Καὶ

CAP. XXIIII. κδ'.

Et egressus Iesus ibat de templo:

1 Καὶ ἐξελθὼν ὁ Ἰησοῦς ἐπορεύετο ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ·

& accesserunt discipuli eius † *ostendere* ei

† vt ostenderent

καὶ προσῆλθον οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἐπιδεῖξαι αὐτῷ

ædificationes templi. * *At Iesus* dixit illis, ‡ *Non intuemini* hæc omnia? Amen dico

* Ipse autē respōdens

2 τὰς οἰκοδομὰς τοῦ ἱεροῦ. ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, οὐ βλέπετε ταῦτα πάντα; ἀμὴν λέγω

‡ Videtis

vobis non relinquetur hic lapis super lapidē, qui nō ‡ *dissoluatur*. Sedente autem eo super montem

‡ destruatur

ὑμῖν, ὃς οὐ μὴ * ἀφεθῇ ὧδε λίθος ἐπὶ λίθον, ὃς οὐ καταλυθήσεται. Καθημένου δὲ αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ ὄρους

* ἀφίημι

3 τῶν ἐλαιῶν, προσῆλθον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ κατ' ἰδίαν, λέγοντες, εἰπὲ ἡμῖν, πότε ταῦτα ἔσται; καὶ τί

* *Oliuarum*, accesserunt ad eum discipuli ‡ *priuatim*, dicentes, Dic nobis, quando hæc erunt? & quod

* Oliueti, ‡ secretò,

σημεῖον τῆς σῆς παρουσίας, καὶ τῆς συντελείας τοῦ

† *tuæ præsentiæ* & consummationis

† aduentus tui,

αἰῶνος; καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν αὐτοῖς,

seculi? Et respondens Iesus, dixit eis:

4 Βλέπετε μή τις ὑμᾶς πλανήσῃ· πολλοὶ γὰρ

Videte ne quis vos seducat: Multi enim

5 ἐλεύσονται ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, λέγοντες, ἐγώ εἰμι

venient in nomine meo, dicentes: Ego sum

ὁ Χριστός· καὶ πολλοὺς πλανήσουσι. μελλήσετε δὲ

Christus: & multos seducent. * *Futuri estis autem*

* Auditurī enim estis

6 ἀκούειν πολέμους, καὶ ἀκοὰς πολέμων· ὁρᾶτε μὴ

audire bella, & auditiones bellorum: Videte ne

prælia, & opiniones prælioru.

θροεῖσθε· δεῖ γὰρ πάντα γενέσθαι. ἀλλ' οὔπω

turbemini: oportet enim ‡ *omnia* fieri. sed nondum

‡ hæc

ἐστὶ τὸ τέλος. ἐγερθήσεται γὰρ ἔθνος ἐπὶ ἔθνος,

est finis. ‡ *Excitabitur* enim gens in gentem,

‡ Cōsurget

7 καὶ βασιλεία ἐπὶ βασιλείαν· καὶ ἔσονται λιμοὶ καὶ

& regnum in regnum: & erunt fames, &

* per pestilentiæ, & terræmotus *secundum loca. Omnia autem hæc
λοιμοὶ, καὶ σεισμοὶ κατὰ τόπους. πάντα δὲ ταῦτα 8
‖ initia sunt ‖ *initium* dolorum. Tunc tradent vos in
ἀρχὴ ὠδίνων. τότε παραδώσουσιν ὑμᾶς εἰς 9
tribulationem, & occident vos: & eritis o-
θλῖψιν, καὶ ἀποκτενοῦσιν ὑμᾶς· καὶ ἔσεσθε μι-
dio *habiti* ab omnibus gentibus, propter nomen
σούμενοι ὑπὸ πάντων τῶν ἐθνῶν, διὰ τὸ ὄνομά
† scandalizabuntur meum. Et tunc † *offendentur* multi: &
μου. καὶ τότε σκανδαλισθήσονται πολλοὶ, καὶ 10
inuicem tradent, & odio habebunt inuicem.
ἀλλήλους παραδώσουσι, καὶ μισήσουσιν ἀλλήλους.
* surgent, Et multi pseudoprophetæ *excitabuntur, &
καὶ πολλοὶ ψευδοπροφῆται ἐγερθήσονται, καὶ 11
‖ quoniam abundabit iniquitas, seducent multos. Et ‖ *propter multiplicabi-*
τὸν πλανήσουσι πολλούς. καὶ διὰ τὸ πληθυνθῆ- 12
ri iniquitatem, refrigescet charitas multo-
ναι τὴν ἀνομίαν, ψυγήσεται ἡ ἀγάπη τῶν πολ-
§ perseuerauerit vsque * saluus erit. rum. Qui autem § *permanens* in finem, hic * *seruabi-*
λῶν. ὁ δὲ ὑπομείνας εἰς τέλος, οὗτος σωθήσε- 13
tur. Et prædicabitur hoc Euangelium
ται. καὶ κηρυχθήσεται τοῦτο τὸ εὐαγγέλιον τῆς 14
‖ vniuerso orbe, regni in ‖ *vniuersa habitata*, in testimonium
βασιλείας ἐν ὅλῃ τῇ οἰκουμένῃ, εἰς μαρτύριον
† consummatio, omnibus gentibus: & tunc veniet † *finis*. Quum
πᾶσι τοῖς ἔθνεσι· καὶ τότε ἥξει τὸ τέλος. ὅταν οὖν 15
* quę dicta est ergo videritis abominationem desolationis, * *effa-*
ἴδητε τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, τὸ ῥη-
tam à Daniele propheta, stantem in loco san-
θὲν διὰ Δανιὴλ τοῦ προφήτου, ἑστὸς ἐν τόπῳ ἁ-
§ qui legit § *legens* intelligat) Tunc qui in Iu-
γίῳ· ὁ ἀναγινώσκων νοείτω· τότε οἱ ἐν τῇ Ἰου- 16
§ sint, * & qui in tecto, dæa § fugiant ad montes. * *Qui super do-*
δαίᾳ φευγέτωσαν ἐπὶ τὰ ὄρη. ὁ ἐπὶ τοῦ δώ- 17
‖ aliquid de domo *mum*, non descendat tollere ‖ *quæ de ade*
ματος, μὴ καταβαινέτω ἆραι τί ἐκ τῆς οἰκίας
αὐτοῦ.

sua: Et qui in agro, non reuertatur re-
18 αὐτόν. καὶ ὁ ἐν τῷ ἀγρῷ μὴ ἐπιστρεψάτω ὀπί-
trò tollere † *vestem suam* Væ autem * *in ute-*
† tunicam suam.
19 σω ἆραι τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ. οὐαὶ δὲ ταῖς ἐν γα-
ro habentibus, & lactantibus in illis
* prægnãtibus, & nutrientibus
στρὶ ἐχούσαις, καὶ ταῖς θηλαζούσαις ἐν ἐκείναις
diebus. Orate autem vt non fiat
20 ταῖς ἡμέραις. προσεύχεσθε δὲ ἵνα μὴ γένηται ἡ
fuga vestra † *hyeme, neque in* Sabbato: Erit
† in hyeme vel
21 φυγὴ ὑμῶν χειμῶνος, μηδὲ ἐν σαββάτῳ· ἔσται
enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab ini-
γὰρ τότε θλῖψις μεγάλη, οἵα οὐ γέγονεν ἀπ' ἀρ-
tio mundi vsque modò, neque non fiet. Et
22 χῆς κόσμου, ἕως τοῦ νῦν, οὐδ' οὐ μὴ γένηται. καὶ
† *si non contracti* fuissent dies illi, non
† nisi breuiati
εἰ μὴ ἐκολοβώθησαν αἱ ἡμέραι ἐκεῖναι, οὐκ
fuisset * *seruata* omnis caro: † *propter autem* electos
* salua
† sed propter
ἂν ἐσώθη πᾶσα σάρξ· ἀλλὰ διὰ τοὺς ἐκλεκτοὺς
† *contrahentur* dies illi. Tunc si
† breuiabuntur
23 κολοβωθήσονται αἱ ἡμέραι ἐκεῖναι. τότε ἐάν
quis vobis dixerit: Ecce hic * Christus, aut illic: † *ne cre-*
* est
† nolite credere:
ris ὑμῖν εἴπῃ, ἰδοὺ ὧδε ὁ χριστός, ἢ ὧδε· μὴ πι-
datis. *Exurgent* enim pseudochristi & pseu-
24 στεύσητε. ἐγερθήσονται γὰρ ψευδόχριστοι καὶ ψευ-
doprophetæ: & dabunt † signa magna & pro-
Surgent
† in errore inducãtur (si fieri potest) etiam electi.
δοπροφῆται· καὶ δώσουσι σημεῖα μεγάλα καὶ τέ-
digia, ita vt † *seducere, si possibile, & elec-*
25 ρατα, ὥστε πλανῆσαι, εἰ δυνατόν, καὶ τοὺς ἐκλε-
tos. Ecce prædixi vobis. Si ergo di-
26 κτούς. ἰδοὺ προεῖρηκα ὑμῖν. ἐὰν οὖν εἴ-
xerint vobis: Ecce in deserto est, * *ne exeatis* ec-
* nolite exire.
πωσιν ὑμῖν, ἰδοὺ ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐστί, μὴ ἐξέλθητε· ἰ-
ce in † *conclauibus, ne credatis.* Sicut enim
† penetralibus, nolite credere.
27 δοὺ ἐν τοῖς ταμείοις, μὴ πιστεύσητε. ὥσπερ γὰρ
fulgur exit ab † *Orientibus, & apparet*
† Orientis, & patet vsque in Occidentem.
ἡ ἀστραπὴ ἐξέρχεται ἀπὸ ἀνατολῶν, καὶ φαίνεται

*aduentus vsque Occidentes, ita erit & *praesentia filij
ἕως δυσμῶν, οὕτως ἔσται καὶ ἡ παρουσία τοῦ υἱοῦ
‡corpus, hominis. Vbicumq; enim fuerit ‡cadauer, illuc con-
τοῦ ἀνθρώπου. ὅπου γὰρ ἐὰν ᾖ τὸ πτῶμα, ἐκεῖ συ- 28
§& gregabuntur ¶ aquilæ. Statim autem post tribulationem
ναχθήσονται οἱ ἀετοί. εὐθέως δὲ μετὰ τὴν θλῖψιν 29
dierum illorum, Sol obscurabitur, & Lu-
τῶν ἡμερῶν ἐκείνων, ὁ ἥλιος σκοτισθήσεται, καὶ ἡ σε-
na non dabit lumen suum, & stellæ cadent
λήνη οὐ δώσει τὸ φέγγος αὐτῆς, καὶ οἱ ἀστέρες πεσοῦνται
*virtutes de cælo, & *efficacia cælorum ‖consurien-
‖commo- uebuntur: ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν σαλευθή-
tur. Et tunc parebit signum filij ho-
σονται. καὶ τότε φανήσεται τὸ σημεῖον τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀν- 30
minis in cælo: & tunc plangent omnes
θρώπου ἐν τῷ οὐρανῷ· καὶ τότε κόψονται πᾶσαι αἱ
tribus terræ, & videbunt filium hominis venien-
φυλαὶ τῆς γῆς, καὶ ὄψονται τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐρχό-
†virtute multa & maiestate *mittet rem in nubibus cæli cum †efficacia
μενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ, μετὰ δυνάμεως
& gloria multa. Et *legabit angelos
καὶ δόξης πολλῆς. καὶ ἀποστελεῖ τοὺς ἀγγέλους 31
suos cum tuba & voce magna: & con-
αὐτοῦ μετὰ σάλπιγγος καὶ φωνῆς μεγάλης, καὶ ἐπι-
gregabunt electos eius à quatuor
συνάξουσι τοὺς ἐκλεκτοὺς αὐτοῦ ἐκ τῶν τεσσάρων
‡ad termi- nos ventis, à summis cælorum vsque ‡extrema eorum.
ἀνέμων, ἀπ' ἄκρων οὐρανῶν ἕως ἄκρων αὐτῶν.
§Ab arbo- re autem fici, ¶A vero ficu discite parabolam: quum
Ἀπὸ δὲ συκῆς μάθετε τὴν παραβολήν· ὅταν 32
iam ramus eius fuerit tener, & folia
ἤδη ὁ κλάδος αὐτῆς γένηται ἁπαλός, καὶ τὰ φύλλα
*nata, scitote ‖est *germinauerint, scitis quia prope ‖æstas: Ita &
ἐκφύῃ, γινώσκετε ὅτι ἐγγὺς τὸ θέρος. οὕτω καὶ 33
vos, quum videritis hæc omnia, scitote quia
ὑμεῖς, ὅταν ἴδητε ταῦτα πάντα, γινώσκετε ὅτι
ἐγγύς

prope est in ianuis. Amen dico vobis, †non
14 ἐγγύς ἐστιν ἐπὶ θύραις. ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι οὐ μὴ †quia
præteribit generatio hæc, donec omnia ista fiant.
παρέλθῃ ἡ γενεὰ αὕτη, ἕως ἂν πάντα ταῦτα γένηται.
Cœlum & terra ‡*præteribunt:* *verùm* ver- ‡ transi-
35 ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται· οἱ δὲ λό- bunt:
ba † mea non præteribunt. De autem die * παρέρ-
χομαι
36 γοι μου οὐ μὴ παρέλθωσι. περὶ δὲ τῆς ἡμέρας † autem
illa & hora nemo scit, neque ange-
ἐκείνης, καὶ τῆς ὥρας οὐδεὶς οἶδεν, οὐδὲ οἱ ἄγγε-
li cœlorum, * *si non* Pater *meus* solus. * nisi
λοι τῶν οὐρανῶν, εἰ μὴ ὁ πατήρ μου μόνος.
Sicut autem ‡*dies* Noë, ita erit & ‡ in diebus
37 ὥσπερ δὲ αἱ ἡμέραι τοῦ Νῶε, οὕτως ἔσται καὶ ἡ
aduentus Filij hominis. Sicut enim e-
38 παρουσία τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου. ὥσπερ γὰρ ἦ-
rant in diebus ante diluuium,
σαν ἐν ταῖς ἡμέραις ταῖς πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ,
comedentes & bibentes, nubentes & nuptui traden-
τρώγοντες καὶ πίνοντες, γαμοῦντες καὶ ἐκγαμίζον-
tes, vsque † *quo die* intrauit Noë in ar- † ad eum
τες, ἄχρι ἧς ἡμέρας εἰσῆλθε Νῶε εἰς τὴν κι- diem quo
cam: Et non cognouerunt donec venit dilu-
39 βωτόν. καὶ οὐκ ἔγνωσαν ἕως ἦλθεν ὁ κατακλυσ-
uium, & tulit omnes: ita erit & ‡ *præsentia* ‡ aduentus
μός, καὶ ἦρεν ἅπαντας· οὕτως ἔσται καὶ ἡ παρουσία
Filij hominis. Tunc duo erunt in
40 τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου. τότε δύο ἔσονται ἐν τῷ
agro: vnus ‡ *assumitur*, & vnus * *relin-* ‡ assume-
ἀγρῷ· ὁ εἷς παραλαμβάνεται, καὶ ὁ εἷς ἀφίε- *quitur.* tur,
Duæ molentes in mola: vna as- * relin-
41 ται. δύο ἀλήθουσαι ἐν τῷ μύλωνι· μία πα- quetur.
sumetur, & vna relinquetur. ‖ Vigilate ‖ Duo in
42 ραλαμβάνεται, καὶ μία ἀφίεται. γρηγορεῖτε, lecto: vnus
ergo: quia nescitis qua hora Dominus veste- assumetur,
& vnus re-
linquetur.
† venturus
est.
ὅτι οὐκ οἴδατε ποίᾳ ὥρᾳ ὁ κύριος ὑμῶν ἔρ-

nit. Illud autem scitote, quoniam si sciret paterfa-
χε). ἐκεῖνο δὲ γινώσκετε, ὅτι εἰ ᾔδει ὁ οἰκοδεσ- 43
¶ hora milias qua ‡ *custodia* fur ¶ *venit*, vigila-
¶ venturus esset, ποίᾳ φυλακῇ ὁ κλέπτης ἔρχε), ἐγρη-
ret vtique, & non sineret perfodi domum
γόρησεν ἄν, καὶ οὐκ ἂν εἴασε διορυχθῆναι τὸν οἶκον
* Ideo suam. *Propter hoc & vos estote parati, quia qua
αὐτοῦ. διὰ τοῦτο καὶ ὑμεῖς γίνεσθε ἕτοιμοι, ὅτι ᾗ 44
¶ nescitis, hora ‡ *non putatis*, Filius hominis venturus est. Quis
ὥρᾳ οὐ δοκεῖτε, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχε). Τίς 45
putas est fidelis seruus & prudens, quem consti-
ἄρα ἐστὶν ὁ πιστὸς δοῦλος καὶ φρόνιμος, ὃν κατέ-
¶ vt det tuit dominus suus super familiam suam, † *ad dan-
στησεν ὁ κύριος αὐτοῦ ἐπὶ τῆς θεραπείας αὐτοῦ τοῦ δι-
dum* illis cibum in tempore? Beatus
δόναι αὐτοῖς τὴν τροφὴν ἐν καιρῷ; μακάριος 46
¶ quum- seruus ille, quem ‡ *venientem* dominus eius, inuenerit
ὁ δοῦλος ἐκεῖνος, ὃν ἐλθὼν ὁ κύριος αὐτοῦ, εὑρήσῃ
facientem sic. Amen dico vobis, quoniã super
ποιοῦντα οὕτως. ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ἐπὶ 47
¶ omnia bona sua ¶ *omnibus substantiis suis* constituet eum
πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτοῦ καταστήσει αὐτόν.
Si autem dixerit malus seruus ille in
ἐὰν δὲ εἴπῃ ὁ κακὸς δοῦλος ἐκεῖνος ἐν τῇ 48
* Moram corde suo: * *Tardat* dominus meus venire:
καρδίᾳ αὐτοῦ, χρονίζει ὁ κύριός μου ἐλθεῖν·
¶ suos, mã- Et cœperit percutere conseruos ¶, *edere* autem
ducet καὶ ἄρξηται τύπτειν τοὺς συνδούλους, ἐσθίῃ δὲ 49
† bibat & † *bibere* cum ebriosis: Veniet dominus ser-
καὶ πίνῃ μετὰ τῶν μεθυόντων. ἥξει ὁ κύριος τοῦ δού- 50
‡ sperat, ui illius in die qua non ‡ *expectat*, & in ho-
λου ἐκείνου ἐν ἡμέρᾳ ᾗ οὐ προσδοκᾷ, καὶ ἐν ὥ-
¶ ignorat; ra qua † *non scit*: Et diuidet eum, * &
* partémq; ρᾳ ᾗ οὐ γινώσκει. καὶ διχοτομήσει αὐτὸν, καὶ τὸ 51
partem eius cum hypocritis ponet: illic erit
μέρος αὐτοῦ μετὰ τῶν ὑποκριτῶν θήσει· ἐκεῖ ἔσται
ὁ κλαυθ-

fletus, & ſtridor dentium.
ὁ κλαυθμὸς, καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων.

CAP. XXV. κέ.

Tunc *ſimilabitur regnum cælo- *ſimile eſ-
1 ΤΟτε ὁμοιωθήσεται ἡ βασιλεία τῶν οὐρα- rit
rum decem virginibus: quæ accipientes lam-
νῶν δέκα παρθένοις, αἵτινες λαβοῦσαι τὰς λαμ-
padas ſuas, exierunt ‖in *occurſum ſpon- ‖obuiam
πάδας αὐτῶν, ἐξῆλθον εἰς ἀπάντησιν τοῦ νυμ- ſponſo &
ſi Quinque autẽ erant ex eis prudentes, & ſponſæ.
φίου. πέντε δὲ ἦσαν ἐξ αὐτῶν φρόνιμοι, καὶ αἱ
2 quinque fatuæ. †Quæ fatuæ ‡*ſumentes †Sed quin-
3 πέντε μωραί. αἵτινες μωραὶ λαβοῦσαι τὰς que
lampadas ſuas, non ſumpſerunt ſecum o- ‡acceptis
λαμπάδας ἑαυτῶν, οὐκ ἔλαβον μεθ' ἑαυτῶν ἔ- lampadi-
leum. *Verùm* prudentes §acceperunt oleum in bus,
4 λαιον. αἱ δὲ φρόνιμοι ἔλαβον ἔλαιον §ἐν τοῖς §verò
vaſis ſuis cum lampadibus *ſuis*.
ἀγγείοις αὐτῶν, μετὰ τῶν λαμπάδων αὐτῶν.
*Tardante autem *ſponſo*, dormitauerunt omnes, *Moꝝ au-
5 χρονίζοντος δὲ τοῦ νυμφίου, ἐνύσταξαν πᾶσαι, tẽ facien-
& dormierunt. Media autem nocte, clamor factus teſponſo,
6 καὶ ἐκάθευδον. μέσης δὲ νυκτὸς, κραυγὴ γέγο-
eſt: Ecce ſponſus venit: exite ‖in *occur- ‖obuiam
νεν, ἰδοὺ ὁ νυμφίος ἔρχεται· ἐξέρχεσθε εἰς ἀπάν- ei.
ſum eius. Tunc ſurrexerunt omnes virgi-
7 τησιν αὐτοῦ. τότε ἠγέρθησαν πᾶσαι αἱ παρθέ-
nes illæ: & ornauerunt lampadas ſuas.
νοι ἐκεῖναι, καὶ ἐκόσμησαν τὰς λαμπάδας αὐτῶν.
At fatuæ † ſapientibus dixerunt: Date nobis de †autem
8 αἱ δὲ μωραὶ τοῖς φρονίμοις εἶπον, δότε ἡμῖν ἐκ
oleo veſtro, quia lampades noſtræ extinguun ur.
τοῦ ἐλαίου ὑμῶν, ὅτι αἱ λαμπάδες ἡμῶν σβέννυν-
Reſponderunt autem prudentes, dicentes: Ne forte
9 ται. ἀπεκρίθησαν δὲ αἱ φρόνιμοι, λέγουσαι, μήποτε

non sufficiat nobis, & vobis: ite *autem* potius
οὐ μὴ ἀρκέσῃ ἡμῖν, καὶ ὑμῖν· πορεύεσθε δὲ μᾶλλον
ad vendentes, & emite vobismetipsis.
πρὸς τοὺς πωλοῦντας, καὶ ἀγοράσατε ἑαυτοῖς.
‡ *Abeuntibus autem illis mercari*, venit spon-
ἀπερχομένων δὲ αὐτῶν ἀγοράσαι, ἦλθεν ὁ νυμ- 10
sus: & ‡ *expedita* introierunt cum eo ad
φίος, καὶ αἱ ἕτοιμοι εἰσῆλθον μετ' αὐτοῦ εἰς τοὺς
nuptias, & clausa est ianua. * *Posteriùs* verò ve-
γάμους, καὶ ἐκλείσθη ἡ θύρα. ὕστερον δὲ ἔρ- 11
niunt & reliquæ virgines, dicentes: Domine, Do-
χονται καὶ αἱ λοιπαὶ παρθένοι, λέγουσαι, κύριε, κύ-
mine, aperi nobis. ‖ *Ille verò* respondens, ait: A-
ριε, ἄνοιξον ἡμῖν. ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν, ἀ- 12
men dico vobis, † *non noui* vos. Vigilate
μὴν λέγω ὑμῖν, οὐκ οἶδα ὑμᾶς. γρηγορεῖτε 13
itaque quia nescitis diem neque horam, *in*
οὖν, ὅτι οὐκ οἴδατε τὴν ἡμέραν οὐδὲ τὴν ὥραν, ἐν
qua Filius hominis veniet. Sicut enim ho-
ᾗ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεται. ὥσπερ γὰρ ἄν- 14
mo peregrè proficiscens, vocauit * *proprios* seruos,
θρωπος ἀποδημῶν, ἐκάλεσε τοὺς ἰδίους δούλους,
& tradidit illis ‡ *substantias suas*: Et * *huic*
καὶ παρέδωκεν αὐτοῖς τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ· καὶ ᾧ 15
quidem dedit quinque talenta, ‖ *illi* autem duo, † *illi* verò vnũ:
μὲν ἔδωκε πέντε τάλαντα, ᾧ δὲ δύο, ᾧ δὲ ἕν·
vnicuique secundùm propriam ‡ *facultatem*: & *peregrè* profectus
ἑκάστῳ κατὰ τὴν ἰδίαν δύναμιν, καὶ ἀπεδήμη-
est statim. § *Profectus* autem * quinque talenta
σεν εὐθέως. πορευθεὶς δὲ ὁ τὰ πέντε τάλαντα 16
‡ *accepe-* ‖ *accipiens*, operatus est in eis, & † *fecit* a-
rat, & † lucratus λαβὼν, εἰργάσατο ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐποίησεν ἄλ-
est lia quinque *talenta*. Similiter & qui duo ‡,
‡ *accepe-* λα πέντε τάλαντα. ὡσαύτως καὶ ὁ τὰ δύο, 17
rat § Qui autẽ lucratus est & *ipse* alia duo. § *Verùm vnum acci-*
vnum ac- κερδησε καὶ αὐτὸς ἄλλα δύο. ὁ δὲ τὸ ἓν λα- 18
cepérat,
βὼν,

pens. abiens fodit in †*terra*, & abscondit †terram
ἐων, ἀπελθων ὤρυξεν ἐν τῇ γῇ, & ἀπεκρυψε τὸ
pecuniam domini sui. Post verò *tempus* mul- *temporis
19 ἀργυριον τοῦ κυρίου αὐτοῦ. μετὰ δὲ χρονον πο-
lum venit dominus seruorum illorum, & ‖ *confert* rationem cum eis. Et accedens ‖
λυ ἐρχεται ὁ κύριος τῶν δούλων ἐκείνων, καὶ ‖ posuit
20 συναιρει λογον μετ' αὐτων. καὶ προσελθων ὁ ‖ qui
quinque talenta *accipiens*, *attulit* alia *acceperat, obtu-
τὰ πέντε τάλαντα ἔλαβεν, προσήνεγκεν ἄλλα lit
quinque talenta, dicens: Domine, quinque talenta
πέντε τάλαντά, λέγων, κύριε, πέντε τάλαντά
mihi tradidisti: ecce alia quinque *talenta* lucratus
μοι παρέδωκας· ἴδε ἄλλα πέντε τάλαντα ἐκέρδη-
sum super *illa*. Ait *verò* illi dominus eius, |*Bene*, | Euge,
21 σα ἐπ' αὐτοῖς. ἔφη δὲ αὐτῷ ὁ κύριος αὐτοῦ, εὖ,
serue bone & fidelis, †super pauca fuisti fidelis, super †quia
δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιστὲ, ὅτι ὀλίγα ἦς πιστος, ὅτι
multa te constituam: *ingredere in gaudium *intra
πολλῶν σε καταστήσω· εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν
domini tui. ‡ *Accedens* autem & qui duo ta- ‡ Accessit
22 τοῦ κυρίου σου. προσελθων δὲ καὶ ὁ τὰ δύο τά-
lenta ‖ *accipiens*, dixit: Domine, duo talenta mihi ‖ acceperat, &
λαντα λαβων, εἶπε, κύριε, δύο τάλαντά μοι
tradidisti: ecce alia duo *talenta* lucratus
παρέδωκας· ἴδε ἄλλα δύο τάλαντα ἐκέρδη-
sum super *illa*. Ait illi dominus eius: *Bene, ser- * Euge,
23 σα ἐπ' αὐτοῖς. ἔφη αὐτῷ ὁ κύριος αὐτοῦ, εὖ, δοῦ-
ue bone & fidelis, ‖ super pauca fuisti fidelis, super mul- ‖ quia
λε ἀγαθὲ καὶ πιστὲ, ὅτι ὀλίγα ἦς πιστος, ὅτι πολ-
ta te constituam: † *ingredere* in gaudium † intra
λῶν σε καταστήσω· εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ
domini tui. Accedens autem & * vnum talentum *qui
24 κυρίου σου. προσελθων δὲ καὶ ὁ τὸ ἓν τάλαντον
‡ *sumens*, ait: Domine, scio *te* quia durus es ‡ accepe-
εἰληφως, εἶπε, κύριε, ἔγνων σε ὅτι σκληρὸς εἶ rat,

homo, ‡ *metens* vbi non seminasti, & * *congre-*
ἄνθρωπος, θερίζων ὅπου οὐκ ἔσπειρας, καὶ συνά-
gans vnde non sparsisti: Et ‖ *timore perculsus ab-*
γων ὅθεν οὐ διεσκόρπισας· καὶ φοβηθεὶς ἀπῆ- 25
iens, abscondi talentum tuum in terra: ecce habes †
λθον καὶ ἔκρυψα τὸ τάλαντόν σου ἐν τῇ γῇ· ἴδε ἔχεις τὸ
tuum*. Respondens autem dominus eius, dixit ei:
σόν. ἀποκριθεὶς δὲ ὁ κύριος αὐτοῦ, εἶπεν αὐτῷ, 26
Male serue & piger, sciebas quia mero vbi
πονηρὲ δοῦλε καὶ ὀκνηρέ, ἤδεις ὅτι θερίζω ὅπου
non ‡ *seminaui*, & congrego § *vnde* non sparsi.
οὐκ ἔσπειρα, καὶ συνάγω ὅθεν οὐ διεσκόρπισα.
Oportuit ergo te * *iacere* *argentum* *meum* *men-*
ἔδει οὖν σε βαλεῖν τὸ ἀργύριόν μου τοῖς τρα- 27
sarium, & veniens ego recepissem vtique ‖ meum
πεζίταις, καὶ ἐλθὼν ἐγὼ ἐκομισάμην ἂν τὸ ἐμὸν
† cum vsura. Tollite itaque ab eo talentum,
σὺν τόκῳ. ἄρατε οὖν ἀπ' αὐτοῦ τὸ τάλαντον, 28
& date * *habenti* decem talenta. *Nam*
καὶ δότε τῷ ἔχοντι τὰ δέκα τάλαντα. τῷ γὰρ 29
‡ enim habenti † omni dabitur, & § *augebitur*: à
§ abundabit: ei autē qui nō habet, *vero non habente*, & quod videtur habere, auferetur ab
ἔχοντι πολὺ δοθήσεται, καὶ περισσευθήσεται· ἀπὸ
eo. Et inutilem seruum eijcite in
δὲ τοῦ μὴ ἔχοντος, καὶ ὃ δοκεῖ ἔχειν, ἀρθήσεται ἀπ'
tenebras exteriores: illic erit fletus &
αὐτοῦ. καὶ τὸν ἀχρεῖον δοῦλον ἐκβάλετε εἰς 30
* stridor dentium. Quum autē venerit Filius
τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον· ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ
hominis in ‖ *gloria* sua, & omnes *sancti*
ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων. ὅταν δὲ ἔλθῃ ὁ υἱὸς τοῦ 31
angeli cum eo, tunc sedebit super † *throno glo-*
ἀνθρώπου ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ, καὶ πάντες οἱ ἅγιοι
riæ suæ: Et * *congentur* ante
ἄγγελοι μετ' αὐτοῦ, τότε καθίσει ἐπὶ θρόνου δό-
ξης αὐτοῦ· καὶ συναχθήσονται ἔμπροσθεν 32
αὐτοῦ

‡ metis
* congregas vbi
§ rimens
† quod
* est.
‡ semino,
§ vbi
* committere pecuniam meā numulariis,
‖ quod
† est
* ei qui habet
‡ enim
§ abundabit: ei autē qui nō habet,
* stridor
‖ maiestate
† sedē maiestatis
* congregabuntur

eum omnes gentes, & separabit eos ab in-
αὐτῷ πάντα τὰ ἔθνη, καὶ ἀφορίσει αὐτοὺς ἀπ' ἀλ-
uicem, sicut pastor segregat oues
λήλων, ὥσπερ ὁ ποιμὴν ἀφορίζει τὰ πρόβατα
ab hœdis. Et statuet quidem oues
33 ἀπὸ τῶν ἐρίφων. καὶ στήσει τὰ μὲν πρόβατα
a dextris suis, at hœdos ‡ à sinistris. ‡ autem
ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ, τὰ δὲ ἔρίφια ἐξ εὐωνύμων.
Tunc dicet rex his qui à dextris eius §: § erunt:
34 Τότε ἐρεῖ ὁ βασιλεὺς τοῖς ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ,
Venite benedicti Patris mei, possidе-
δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου, κληρονομή-
te paratum vobis regnum à
σατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ
* *fundamento* mundi. Esuriui enim, & dedisti *constitu-
35 καταβολῆς κόσμου. ἐπείνασα γάρ, καὶ ἐδώκατέ tione
mihi manducare: sitiui, & ‖ *potastu me:* hospes e- ‖ dedisti
μοι φαγεῖν· ἐδίψησα, καὶ ἐποτίσατέ με· ξένος ἦ- mihi bibe-
ram, & collegistis me: Nudus, & † *ami-* re: † operui-
36 μην, καὶ συνηγάγετέ με· γυμνός, καὶ περιε- *ciuistis* stis
βάλετέ με· ἠσθένησα, καὶ ἐπεσκέψασθέ με· ἐν * *infirmus,*
φυλακῇ ἤμην, καὶ ἤλθατε πρός με. Τότε ἀπο- * ἀσθενέω
37 κριθήσονται αὐτῷ οἱ δίκαιοι, λέγοντες, κύριε, πό-
te vidimus esurientem, & ‡ *aluimus? vel* fi- ‡ pauimus?
τε σε εἴδομεν πεινῶντα, καὶ * ἐθρέψαμεν; ἢ δι- * τρέφω
tientem, & § *potauimus?* Quando autē te vidimus § dedimus
38 ψῶντα, καὶ ἐποτίσαμεν; πότε δέ σε εἴδομεν tibi potū?
hospitē, & collegimus *? aut nudum, & ¶ *amicui-* * te?
ξένον, καὶ συνηγάγομεν; ἢ γυμνόν, καὶ περιεβάλο- ¶ coope-
μεν; *mus?* †Quando *verò* te vidimus infirmum aut in carce- ruimus te? † Aut
39 μεν; πότε δέ σε εἴδομεν ἀσθενῆ, ἢ ἐν φυλα-
re, & venimus ad te? Et respondens
40 κῇ, καὶ ἤλθομεν πρός σε; καὶ ἀποκριθεὶς ὁ βα-

* quamdiu

rex dicet illis: Amen dico vobis, * *quatenus* feci-
σιλεὺς ἐρεῖ αὐτοῖς, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐφ' ὅσον ἐποιή-

‡ de his fratribus meis minimis, ‡ erunt:

stis vni ‡ *horum fratrum meorum minimorum*,
σατε ἑνὶ τούτων τῶν ἀδελφῶν μου τῶν ἐλαχίστων,
mihi feciſtis. Tunc dicet & his qui à ſiniſtris ‡:
ἐμοὶ ἐποιήσατε. τότε ἐρεῖ καὶ τοῖς ἐξ ἀριστερῶν, 41

*Diſcedite

* *Ite* à me maledicti in ignem
πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ οἱ κατηραμένοι, εἰς τὸ πῦρ

‖ qui paratus eſt

æternum, ‖ *præparatum* diabolo &
τὸ αἰώνιον, τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς
angelis eius. Eſuriui enim, & non dedi-
ἀγγέλοις αὐτοῦ. ἐπείνασα γάρ, καὶ οὐκ ἐδώκατε 42

† dediſtis mihi potum:

ſtis mihi manducare: ſitiui, & non † *potaſtis* me:
τέ μοι φαγεῖν· ἐδίψησα, καὶ οὐκ ἐποτίσατέ με·
Hoſpes eram, & non collegiſtis me: nudus,
ξένος ἤμην, καὶ οὐ συνηγάγετέ με· γυμνός, 43

* operuiſtis

& non * *amiciſtis* me: infirmus, & in carcere,
καὶ οὐ περιεβάλετέ με· ἀσθενὴς, καὶ ἐν φυλακῇ,
& non viſitaſtis me. Tunc reſponde-
καὶ οὐκ ἐπεσκέψασθέ με. τότε ἀποκριθήσον-44
bunt ei & ipſi, dicentes: Domine, quando te vi-
ται αὐτῷ καὶ αὐτοὶ, λέγοντες, κύριε, πότε σε εἴ-
dimus eſurientem, aut ſitientem, aut hoſpitē, aut nudum,
δομεν πεινῶντα, ἢ διψῶντα, ἢ ξένον, ἢ γυμνὸν,
aut infirmū, aut in carcere, & non miniſtrauimus tibi?
ἢ ἀσθενῆ, ἢ ἐν φυλακῇ, καὶ οὐ διηκονήσαμέν σοι;
Tunc reſpondebit illis, dicens: Amen di-
τότε ἀποκριθήσεται αὐτοῖς, λέγων, ἀμὴν λέ- 45

‡ quamdiu ‡ de minoribus his,

co vobis: ‡ *quatenus* non feciſtis vni ‡ *horum*
γω ὑμῖν, ἐφ' ὅσον οὐκ ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν
minimorum, nec mihi feciſtis. Et i-
ἐλαχίστων, οὐδὲ ἐμοὶ ἐποιήσατε. καὶ ἀπε- 46

* autem

bunt hi in ſupplicium æternum: * iuſti
λεύσονται οὗτοι εἰς κόλασιν αἰώνιον· οἱ δὲ δίκαιοι
in vitam æternam.
εἰς ζωὴν αἰώνιον.

Καὶ

CAP. XXVI. κς'.

Et factum est, quum consummasset Iesus omnes
1 Καὶ ἐγένετο ὅτε ἐτέλεσεν ὁ Ἰησοῦς πάντας τοὺς
sermones hos, dixit discipulis suis: Sci-
2 λόγους τούτους, εἶπε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, οἴ-
tis quia post † *duos dies* Pascha * *fit*, & Filius
δατε ὅτι μετὰ δύο ἡμέρας τὸ πάσχα γίνεται, καὶ ὁ
hominis ‡ *traditur ad crucifigi*. Tunc congregati sunt principes Sacerdotum &
υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται εἰς τὸ σταυρω-
3 θῆναι. Τότε συνήχθησαν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ
scribæ, & seniores populi in
γραμματεῖς, καὶ οἱ πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ εἰς τὴν
atrium principis Sacerdotum, § *dicti* Caïphas:
αὐλὴν τοῦ ἀρχιερέως, τοῦ λεγομένου Καϊάφα·
Et * *consulebant* vt Iesum dolo ‖ *ap-*
4 καὶ συνεβουλεύσαντο ἵνα τὸν Ἰησοῦν δόλῳ κρα-
prehenderent, & occiderent. Dicebant autē. Non in ″
5 τήσωσι, καὶ ἀποκτείνωσιν. ἔλεγον δέ, μὴ ἐν τῇ
festo, † *vt ne* tumultus * *fiat* in populo.
ἑορτῇ, ἵνα μὴ θόρυβος γένηται ἐν τῷ λαῷ.
‡ *At Iesu existente* in Bethania, in domo Si-
6 Τοῦ δὲ Ἰησοῦ γενομένου ἐν Βηθανίᾳ, ἐν οἰκίᾳ Σί-
monis leprosi, Accessit ad eum mulier
7 μωνος τοῦ λεπροῦ, προσῆλθεν αὐτῷ γυνὴ
alabastrum vnguenti habens pretiosi, & effu-
ἀλάβαστρον μύρου ἔχουσα βαρυτίμου, καὶ κατε-
dit super caput ipsius recumbentis. Videntes
8 χεεν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ ἀνακειμένου. ἰδόντες
autem discipuli *eius*, indignati sunt, dicentes: § *Ad*
δὲ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἠγανάκτησαν, λέγοντες, Εἰς
quid perditio hæc? Potuit enim istud *vnguen-*
9 τί ἡ ἀπώλεια αὕτη; ἠδύνατο γὰρ τοῦτο πραθῆ-
tum vænundari multo, & dari pau-
ναι πολλοῦ, καὶ δοθῆναι τοῖς πτω-

† biduum fiet,
‡ traderur vt crucifigatur.
§ qui dicebatur
* cōsilium fecerunt
‖ tenerent,
″ die
† ne fortè
* fieret
‡ Quum autē Iesus esset
§ Vt
* πράτῳ

* molesti estis huic

ribus. Sciens autem Iesus, ait illis: Quid *molesti exhibetis mulieri? opus enim bonum opera-

‖ Nam

ta est in me. ‖ Semper enim pauperes habetis

° vobiscũ, † Mittens

° cum vobis, me autem non semper habetis. † Iactans enim hæc vnguentum hoc in corpus meum, ad

sepeliendum me fecit. Amen dico vobis,

vbicumque prædicatum fuerit euangelium hoc in toto

mundo, dicetur & quod fecit hæc in me-

° abiit ‡ de

moriam eius. Tunc ° vadens vnus ‡ duode-

§ qui dicebatur

cim, § dictus Iudas Iscariotes, ad principes

* Et ‖ illis:

Sacerdotum, * Ait ‖ Quid vultis mihi dare, & ego vo-

° At illi

bis tradam eum? ° Illi verò constituerunt ei tri-

ginta argenteos. Et ex inde quærebat opportu-

‖ autẽ die

nitatem vt eum traderet. At primâ ‖ A-

*ad Iesum;

zymorum accesserunt discipuli * Iesu, dicen-

tes ei: Vbi vis paremus tibi comedere

† At Iesus

Pascha? † Ille autem dixit, Ite in ciuitatem

ad quendam, & dicite ei: Magister

dicit,

dicit: Tempus meum prope est, apud te facio
λέγει, ὁ καιρός μου ἐγγύς ἐστιν, πρὸς σὲ ποιῶ τὸ
Pascha cum discipulis meis. Et fecerunt
19 πάσχα μετὰ τῶν μαθητῶν μου. καὶ ἐποίησαν οἱ
discipuli sicut ‡ *ordinauerat* illis Iesus: & para-
μαθηταὶ ὡς συνέταξεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἡτοί-
uerunt Pascha. Vespere autem facto, discumbebat
20 μασαν τὸ πάσχα. ὀψίας δὲ γενομένης, ἀνέκειτο
cum duodecim §. Et edentibus illis, dixit:
μετὰ τῶν δώδεκα. καὶ ἐσθιόντων αὐτῶν, εἶπεν,
21 Amen dico vobis, quia vnus * *ex vobis* traditurus est
ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι εἷς ἐξ ὑμῶν παραδώσει
me. Et contristati valdè, cœperunt dicere
22 με. καὶ λυπούμενοι σφόδρα, ἤρξαντο λέγειν
ei † *vnusquisque eorum*, Nunquid ego sum, Domine? ° Is verò
23 αὐτῷ ἕκαστος αὐτῶν, μήτι ἐγώ εἰμι, κύριε; ὁ δὲ
respondens ait: † *Intingens cum me in*
ἀποκριθεὶς εἶπεν, ὁ ἐμβάψας μετ' ἐμοῦ ἐν τῷ
catino manum, hic me tradet. Quidem
24 τρυβλίῳ τὴν χεῖρα, οὗτός με παραδώσει. ὁ μὲν
filius hominis vadit, sicut scriptum est
υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ὑπάγει, καθὼς γέγραπται
de illo: Væ autem homini illi, per quem
περὶ αὐτοῦ· οὐαὶ δὲ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ, δι' οὗ
Filius hominis tradetur. bonum erat ei,
ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται. καλὸν ἦν αὐτῷ,
si non natus fuisset homo ille. Re-
25 εἰ οὐκ ἐγεννήθη ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος. ἀπο-
spondens autem Iudas qui * *tradens* eum, dixit, Nun-
κριθεὶς δὲ Ἰούδας ὁ παραδιδοὺς αὐτόν, εἶπε, μήτι
quid ego sum, Rabbi? Ait illi: Tu dixisti.
ἐγώ εἰμι, ῥαββί; λέγει αὐτῷ, σὺ εἶπας.
‡ *Edentibus* autem eis § *accepit* Iesus pa-
26 ἐσθιόντων δὲ αὐτῶν, λαβὼν ὁ Ἰησοῦς ‖ ἄρ-
nem, & * *benedicens*, fregit, & ° *dedit* discipu-
τον, καὶ εὐλογήσας, ἔκλασε, καὶ ἔδωκε τοῖς μα-

‡ constituit
§ discipulis suis.
* vestrum
‡ singuli
° At ipse
† Qui intingit mecum manum in paropside,
* tradidit
‡ Cœnantibus
§ accepit
* benedixit, ac
‖ dedit que

suis, † & pulis, & ait, Accipite, † comedite: Hoc est
ϑητὰις, ⁊ εἶπε, λάβετε, φάγετε· τοῦτό ἐστι τὸ
*gratias egit: & corpus meum. Et accipiens calicem, & * gratiarum actione*, dedit illis, dicens: Bibite ex hoc
σῶμά μου. καὶ λαβὼν τὸ ποτήριον, ⁊ εὐχαριστήσας, ἔδωκεν αὐτοῖς, λέγων, πίετε ἐξ αὐτοῦ
omnes: Hic enim est sanguis meus *qui* no-
πάντες· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ αἷμά μου τὸ τῆς καινῆς
effundetur ui testamenti, qui pro multis *effundetur* in
διαθήκης, τὸ περὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον εἰς
remissionem peccatorum. Dico autem vobis, *quod* non
ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. λέγω δὲ ὑμῖν, ὅτι οὐ μὴ
bibam à modo de hoc genimine vi-
πίω ἀπ' ἄρτι ἐκ τούτου τοῦ γενήματος τῆς ἀμ-
vobiscū ris, vsque in diem illum, quum illud bibam *vobiscum*
πέλου, ἕως τῆς ἡμέρας ἐκείνης, ὅταν αὐτὸ πίνω μεθ'
nouum in regno Patris mei. Et
ὑμῶν καινὸν ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ πατρός μου. καὶ
Oliueti. hymno dicto, exierunt in montem *Oliuarum.
ὑμνήσαντες, ἐξῆλθον εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν.
scandalū patiemini Tunc dicit illis Iesus: Omnes vos *scandalū
τότε λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, πάντες ὑμεῖς σκαν-
fendemini in me in nocte ista. Scriptum
δαλισθήσεσθε ἐν ἐμοὶ ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ. γέγρα-
est enim, Percutiam pastorem, & dispergen-
πται γάρ, πατάξω τὸν ποιμένα, καὶ διασκορπισθή-
Post quā autē resurrexero, tur oues gregis. *Post autem exsi-
σονται τὰ πρόβατα τῆς ποίμνης. μετὰ δὲ τὸ ἐγερ-
surrexero me, præcedam vos in Galilæam.
θῆναί με, προάξω ὑμᾶς εἰς τὴν γαλιλαίαν.
† Et ſi Respondens autem Petrus, ait illi: † Si & omnes
ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος, εἶπεν αὐτῷ, εἰ καὶ πάντες
scandalizati fuerint in te, ego nunquam scanda-
σκανδαλισθήσονται ἐν σοί, ἐγὼ οὐδέποτε σκανδα-
lizabor. Ait illi Iesus: Amen dico
λισθήσομαι. ἔφη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, ἀμὴν λέγω
σοὶ,

tibi, quia in hac nocte, † *ante gallum vocife-* † antequã
σοι, ὅτι σὺ ταύτῃ τῇ νυκτὶ, πρὶν ἀλέκτορα φω- *ferat,* ter abnegabis me. Ait illi Petrus: gallus cã-
ter,
νῆσαι τρὶς ἀπαρνήσῃ με. λέγει αὐτῷ ὁ Πέτρος, *nauit,*
Etiã si oportuerit me *eum te* mori, non te ne- * tecum
καὶ δέῃ με συν σοὶ ἀποθανεῖν, οὐ μή σε ἀπαρ- *gabo.* Similiter *verò* & omnes discipuli dixerunt.
νήσομαι. ὁμοίως δὲ καὶ πάντες οἱ μαθηταὶ εἶπον.
Tunc venit cum illis Iesus in villam
Τότε ἔρχεται μετ' αὐτῶν ὁ Ἰησοῦς εἰς χωρίον
‡ dictam Gethsemani, & dicit discipulis ‡: ‡ quæ dicitur
λεγόμενον Γεθσημανῆ, καὶ λέγει τοῖς μαθηταῖς, ‡ suis:
Sedete hic, * *vsquequo vadens orem* * donec vadam illuc,
καθίσατε αὐτοῦ, ἕως οὗ ἀπελθὼν προσεύξωμαι & orem.
illic. Et ‖ *assumens Petrum, & duos* ‖ assumpto
ἐκεῖ. καὶ παραλαβὼν τὸν Πέτρον, καὶ τοὺς δύο Petro, & duobus fi-
filios Zebedæi, cœpit contristari & † *grauissimè angi.* liis
† mœstus
υἱοὺς Ζεβεδαίου, ἤρξατο λυπεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν. esse.
Tunc ait illis: *Vndique* tristis est anima mea
Τότε λέγει αὐτοῖς, περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου
vsque ad mortem. * *Manete* hic, & vigilate † *cum* * Sustinete
ἕως θανάτου. μείνατε ὧδε, καὶ γρηγορεῖτε μετ' † mecum,
me. Et progressus pusillum, procidit in fa-
ἐμοῦ. καὶ προελθὼν μικρὸν, ἔπεσεν ἐπὶ πρό- ciem suam, orans, & dicens: Pater
σωπον αὐτοῦ προσευχόμενος, καὶ λέγων, πάτερ
mi, si possibile est, transeat à me
μου, εἰ δυνατόν ἐστι, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ
calix iste. verumtamen non sicut ego volo, sed
ποτήριον τοῦτο. πλὴν οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ'
sicut tu. Et venit ad discipulos ‡, & ‡ suos,
ὡς σύ. καὶ ἔρχεται πρὸς τοὺς μαθητὰς, καὶ
inuenit eos dormientes; & dicit Petro:
εὑρίσκει αὐτοὺς καθεύδοντας· καὶ λέγει τῷ Πέτρῳ,
Sic non potuistis vna hora vigilare * *cum* * mecum?
οὕτως οὐκ ἰσχύσατε μίαν ὥραν γρηγορῆσαι μετ'

me? Vigilate, & orate, vt non in-
ἐμοῦ; γρηγορεῖτε, καὶ προσεύχεσθε, ἵνα μὴ εἰσ-
tretis in tentationem. Quidem spiritus prom-
ελθητε εἰς πειρασμόν. τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυ-
ptus‖, *verùm* caro † infirma. Iterum *ex* secundo
μον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής. πάλιν ἐκ δευτέρου
* abiit: & *abiens*, orauit dicens: Pater mi, si non
ἀπελθὼν, προσηύξατο λέγων, πάτερ μου, εἰ οὐ
‡ nisi poteſt hic calix tranſire à *me*, ‡ *ſi*
δύναται τοῦτο τὸ ποτήριον παρελθεῖν ἀπ' ἐμοῦ, ἐὰν
§ venit iterum, & *non* illum bibam, fiat voluntas tua. Et § *veniens*
μὴ αὐτὸ πίω, γενηθήτω τὸ θέλημά σου. καὶ ἐλθὼν
inuenit eos *rurſus* dormientes: erant enim eo-
εὗρεν αὐτοὺς πάλιν καθεύδοντας· ἦσαν γὰρ αὐ-
* relictis illis, rum oculi grauati. Et *relinquens il-
τῶν οἱ ὀφθαλμοὶ βεβαρημένοι. καὶ ἀφεὶς αὐ-
‖ abiit † & los, ‖ *abiens* iterum, † orauit *ex* tertio,
τοὺς, ἀπελθὼν πάλιν, προσηύξατο ἐκ τρίτου, τ
eundē ſermonem dicens. Tunc venit ad di-
τὸν αὐτὸν λόγον εἰπών. τότε ἔρχε) πρὸς τοὺς μα-
* iam, ſcipulos ſuos, & dicit illis: Dormite * *cæterum*,
θητὰς αὐτοῦ, καὶ λέγει αὐτοῖς, καθεύδετε τὸ λοιπὸν,
& requieſcite: ecce appropinquauit hora, & Filius
καὶ ἀναπαύεσθε· ἰδοὺ, ἤγγικεν ἡ ὥρα, καὶ ὁ υἱὸς τοῦ
hominis tradetur in manus peccato-
ἀνθρώπου παραδίδοται εἰς χεῖρας ἁμαρτω-
‡ Surgite, rum. ‡ *Exeamus*, eamus: ecce appropinquauit ¶ *tra-*
λῶν. ἐγείρεσθε, ἄγωμεν· ἰδοὺ ἤγγικεν ὁ παρα-
dens me. *Et* adhuc eo loquente, ecce Iudas
διδούς με. καὶ ἔτι αὐτοῦ λαλοῦντος, ἰδοὺ Ἰούδας
* de vnus * duodecim venit, & cum eo turba multa
εἷς τῶν δώδεκα ἦλθε, καὶ μετ' αὐτοῦ ὄχλος πολὺς
† fuſtibus, cum gladiis & ‖ *lignis*, à principibus Sacerdotum &
μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων, ἀπὸ τῶν ἀρχιερέων καὶ
¶ Qui autē *tradauit* ſenioribus populi. † *At tradens* eum,
πρεσβυτέρων τοῦ λαοῦ. ὁ δὲ παραδιδοὺς αὐτὸν,
ἔδω-

dedit illis signum, dicēs: Quēcumq; osculatus fuero, ipse
ἔδωκεν αὐτοῖς σημεῖον, λέγων, ὃν ἂν φιλήσω, αὐτός
est: *prehendite eum. Et confestim accedens ad *tenete
49 ἐστί· κρατήσατε αὐτόν. καὶ εὐθέως προσελθὼν
Iesum, dixit: ‡Gaude Rabbi. Et osculatus est ‡Ave
τῷ ἰησοῦ, εἶπε, χαῖρε ῥαββί. καὶ κατεφίλησεν
eum. §At Iesus ait illi: Amice, *in quo a- §Dixitq; illi Iesus
50 αὐτόν. ὁ δὲ ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ, ἑταῖρε, ἐφ' ᾧ πα- * ad quid
ren? Tunc †accedentes iniecerunt manus in veniſti?
ρεῖ; τότε προσελθόντες ἐπέβαλον τὰς χεῖρας ἐπὶ †accesse-
Iesum, & ‖prehenderunt eum. Et ecce vnus runt, &
51 (ιγ) ἰησοῦν, καὶ ἐκράτησαν αὐτόν. καὶ ἰδοὺ εἷς ‖tenuerũt
†eorum cum Iesu, extendens manum; exemit †ex his
τῶν μετὰ ἰησοῦ ἐκτείνας τὴν χεῖρα, ἀπέσπασε qui erant
gladium suum: & percutiens seruum
τὴν μάχαιραν αὐτοῦ· καὶ παίσας (ιδ) δοῦλον
principis Sacerdotum, amputauit eius auriculam. Tunc
52 τοῦ ἀρχιερέως, ἀφεῖλεν αὐτοῦ τὸ ὠτίον. τότε
ait illi Iesus: Conuerte tuum gladium
λέγει αὐτῷ ὁ ἰησοῦς, ἀπόστρεψον σου τὴν μάχαιραν
in locum suum: omnes enim *accipientes gla- *qui acce-
εἰς (ιε) τὸν τόπον αὐτῆς. πάντες γὰρ οἱ λαβόντες μά- perint
dium, in gladio †morientur. An pu- †peribũt.
53 χαιραν, ἐν μαχαίρᾳ *ἀποθανοῦνται· ἢ δο- *ἀποθνή-
tas quia non possum nunc §aduocare Pa- σκω
τρεῖς ὅτι οὐ δύναμαι ἄρτι παρακαλέσαι τὸν πα- §rogare
trem meum, & exhibebit mihi ‖plus quàm duodecim ‖modò
τέρα μου, καὶ παραστήσει μοι πλείους ἢ δώδεκα
legiones angelorum? Quomodo ergo implebuntur
54 λεγεῶνας ἀγγέλων; πῶς οὖν πληρωθῶσιν αἱ
Scripturæ, quia sic oportet fieri? In illa
55 γραφαί, ὅτι οὕτω δεῖ γενέσθαι; ἐν ἐκείνῃ τῇ
hora dixit Iesus turbis: Tanquam ad latronem
ὥρᾳ εἶπεν ὁ ἰησοῦς τοῖς ὄχλοις, ὡς ἐπὶ λῃστὴν
existis cum gladiis & †lignis, comprehendere †fustibus.
ἐξήλθετε μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων, συλλαβεῖν

me. quotidie apud vos sedebam do-
* καθίζο- με. καθ' ἡμέραν πρὸς ὑμᾶς * ἐκαθεζόμην δι-
μου cens in templo: & non *prehendistis me.* Hoc
*me tenuistis. δάσκων ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ οὐκ ἐκρατήσατέ με. τοῦτο
autem totum factum est, vt adimplerentur Scripturæ
δὲ ὅλον γέγονεν, ἵνα πληρωθῶσιν αἱ γραφαὶ τῶν
Prophetarum. Tunc discipuli omnes relicto eo
προφητῶν. τότε οἱ μαθηταὶ πάντες ἀφέντες αὐτὸν
‡ Autem fugerunt. ‡ *Illi verò tenentes* Iesum, abduxerunt
ἔφυγον. οἱ δὲ κρατήσαντες τὸν ἰησοῦν, ἀπήγαγον
ad Caïphan principem sacerdotum, vbi Scribæ
πρὸς καϊάφαν τὸν ἀρχιερέα, ὅπου οἱ γραμματεῖς,
§ autem & seniores conuenerant. At Petrus § sequebatur
καὶ οἱ πρεσβύτεροι συνήχθησαν. ὁ δὲ πέτρος ἠκο-
* in atriū eum à longe, vsque * *aulam* principis
λούθησεν αὐτῷ ἀπὸ μακρόθεν, ἕως τῆς αὐλῆς τοῦ ἀρ-
Sacerdotum. & ingressus intrò, sedebat cum minis-
χιερέως. καὶ εἰσελθὼν ἔσω ἐκάθητο μετὰ τῶν ὑπη-
‖ vt videret † autem ‖ *videre* finem. At principes Sacerdotum †, &
ρετῶν, ἰδεῖν τὸ τέλος. Ⓐ οἱ δὲ ἀρχιερεῖς καὶ Ⓐ
* omne cōcilium *senicrat*, & * *consessus omnis* quærebant fal-
πρεσβύτεροι, καὶ ὅλον τὸ συνέδριον ἐζήτουν ψευ-
‡ morti traderent: sum testimonium contra Iesum, vt eum ‡ *morte* affi-
δομαρτυρίαν κατὰ τοῦ ἰησοῦ, ὅπως αὐτὸν θανατώ-
§ quū multi falsi testes accessissent. *cerent*: Et non inuenerūt: § & *multis falsis testi-*
σωσι· καὶ οὐχ εὗρον· καὶ πολλῶν ψευδομαρτύ-
bus accedentibus, non inuenerunt. Postremò autem aduenien-
Nouissimè autem venerunt * Et ‖ dixit: †destruere * post triduum
ρων προσελθόντων, οὐχ εὗρον. ὕστερον δὲ προσελθόν-
tes duo falsi testes, * Dixerunt: Hic ‖ *dixit*: Possum
τες δύο ψευδομάρτυρες, εἶπον, οὗτος ἔφη, δύνα-
† tum † *dissoluere* templum Dei, & * *per tres dies*
μαι καταλῦσαι τὸν ναὸν τοῦ θεοῦ, καὶ διὰ τριῶν ἡμερῶν
reædificare illud. Et surgens princeps Sacerdotum,
οἰκοδομῆσαι αὐτόν. καὶ ἀναστὰς ὁ ἀρχιερεύς,
‡ ad ea quę isti aduersum te ait illi: Nihil respondes ‡? *quid isti te contra-*
εἶπεν αὐτῷ, οὐδὲν ἀποκρίνῃ; τί οὗτοί σου κατα-

μαρτυ-

testificantur? At Iesus † tacebat. Et respon- † autem
μαρτυρησουσιν; ὁ δὲ Ἰησοῦς ἐσιώπα. καὶ ἀποκρι-
dens princeps Sacerdotum, ait illi: Adiuro te per
θεὶς ὁ ἀρχιερεὺς, εἶπεν αὐτῷ, ἐξορκίζω σε κατὰ τοῦ
Deum vivum, vt nobis dicas si tu es Chri-
θεοῦ τοῦ ζῶντος, ἵνα ἡμῖν εἴπῃς εἰ σὺ εἶ ὁ χρι-
stus filius Dei. Dicit illi Iesus, Tu dixisti.
στὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ. λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, σὺ εἶπας.
verumtamen dico vobis, à modò videbitis filium
πλὴν λέγω ὑμῖν, ἀπ' ἄρτι ὄψεσθε τὸν υἱὸν τοῦ
hominis sedentem à dextris *efficaciæ*, * virtutis
ἀνθρώπου καθήμενον ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως, Dei,
& venientem in nubibus cæli. Tunc
καὶ ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ. Τότε
princeps Sacerdotum ‡*disrupit* vestimenta sua, dicens, ‡ scidit
ὁ ἀρχιερεὺς * διέρρηξε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, λέγων, * διαῤῥήγνυμι
quòd blasphemauit: quid adhuc § *vsum habemus te-* § egemus
ὅτι ἐβλασφήμησε. τί ἔτι χρείαν ἔχομεν μαρ- testibus?
stium? Ecce nunc audistis blasphemiam eius.
τύρων; ἰδοὺ νῦν ἠκούσατε τὴν βλασφημίαν αὐτοῦ.
Quid vobis videtur? * *Illi verò* respondentes dixerunt, * At illi
τί ὑμῖν δοκεῖ; (Α) οἱ δὲ ἀποκριθέντες εἶπον,
Reus mortis est. Tunc ‖ *inspuerunt in fa-* ‖ expuerũt
ἔνοχος θανάτου ἐστί. Τότε ἐνέπτυσαν εἰς τὸ πρόσ-
ciem eius, & † *colaphizauerunt eum.* alij autem * *percus-* † colaphis
ωπον αὐτοῦ, καὶ ἐκολάφισαν αὐτόν. οἱ δὲ ἐῤῥά- eum ceci-
serunt, Dicentes: Prophetiza nobis Christe, derunt:
πισαν, λέγοντες, προφήτευσον ἡμῖν χριστὲ, * palmas in
quis est ‡ *percutiens te*? At Petrus § foris sede- facie eius
τίς ἐστιν ὁ παίσας σε; ὁ δὲ Πέτρος ἔξω ἐκά- dederunt, ‡ qui te
bat in atrio: & accessit ad eum vna an- percussit? § verò
θητο ἐν τῇ αὐλῇ, καὶ προσῆλθεν αὐτῷ μία παι-
cilla, dicens: Et tu eras cum Iesu Gali-
δίσκη, λέγουσα, Καὶ σὺ ἦσθα μετὰ Ἰησοῦ τοῦ γαλι-
læo. * *Ille verò* negauit coram omnibus, di- * At ille
λαίου. ὁ δὲ ἠρνήσατο ἔμπροσθεν πάντων, λέ-

cens: Nescio quid dicis. ‖ *Exeuntem autem illum*
γων, οὐκ οἶδα τί λέγεις. ἐξελθόντα δὲ αὐτὸν
in vestibulum, vidit eum alia †: & ait his qui * ibi:
εἰς τὸ πυλῶνα, εἶδεν αὐτὸν ἄλλη, καὶ λέγει τοῖς ἐκεῖ,
Et hic erat cum Iesu Nazareno. Et iterum
καὶ οὗτος μετὰ Ἰησοῦ τοῦ Ναζωραίου. καὶ πάλιν μετ
negauit cum iuramento, quia non noui hominem.
ἠρνήσατο μετ' ὅρκου, ὅτι οὐκ οἶδα τὸν ἄνθρωπον.
Post paulum autem accedentes stantes, dixerunt
μετὰ μικρὸν δὲ προσελθόντες οἱ ἑστῶτες, εἶπον τῷ
Petro: Vere & tu ex illis es: ‖ *etenim*
Πέτρῳ, ἀληθῶς καὶ σὺ ἐξ αὐτῶν εἶ· καὶ γὰρ ἡ
loquutio tua manifestū te facit. Tunc cœpit * de-
λαλιά σου δῆλόν σε ποιεῖ. τότε ἤρξατο καταθε-
nouere & iurare, quia non ‖ *noui* homi-
ματίζειν καὶ ὀμνύειν, ὅτι οὐκ οἶδα τὸν ἄνθρωπον.
nem & continuò gallus † *vociferatus est*. Et recordatus est
καὶ εὐθέως ἀλέκτωρ ἐφώνησε· καὶ ἐμνήσθη ὁ
Petrus verbi Iesu * *dicentis*: *Priusquam ante*
Πέτρος τοῦ ῥήματος τοῦ Ἰησοῦ εἰρηκότος αὐτῷ, ὅτι πρὶν
gallum vociferari, ter abnegabis me. Et egres-
ἀλέκτορα φωνῆσαι, τρὶς ἀπαρνήσῃ με. καὶ ἐξελ-
sus foras, fleuit amarè.
θὼν ἔξω, ἔκλαυσε πικρῶς.

CAP. XXVII. κζ'.

Manè autem facto, consilium ‖ *sumpserunt*
Πρωΐας δὲ γενομένης, συμβούλιον ἔλαβον
omnes principes Sacerdotum & seniores populi
πάντες οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ
‖ *inierunt* aduersus Iesum vt eum morti traderent. Et ‡ *li-*
κατὰ τοῦ Ἰησοῦ, ὥστε αὐτὸν θανατῶσαι. καὶ δή-
gantes eum, abduxerunt, & tradiderunt *eum* Pon-
σαντες αὐτὸν, ἀπήγαγον, καὶ παρέδωκαν αὐτὸν Πον-
tio Pilato. præsidi. Tunc videns Iudas § *qui tra-*
τίῳ Πιλάτῳ τῷ ἡγεμόνι. τότε ἰδὼν Ἰούδας ὁ παρα-
‡ vinctum adduxerūt eum
§ qui eum tradidit.

δοὺς

dens (fuit) eum, quòd damnatus esset, * pœnitens re-
ραδιδοὺς αὐτὸν, ὅτι κατεκρίθη, μεταμεληθεὶς ἀ-
tulit triginta argenteos principibus Sa-
πέστρεψε τὰ τριάκοντα ἀργύρια τοῖς ἀρχιε-
cerdotum & senioribus, Dicens: Peccaui
ρεῦσι, καὶ τοῖς πρεσβυτέροις, λέγων, ἥμαρτον
tradens sanguinem ‖ innoxium. Illi verò dixerunt: Quid ad
παραδοὺς αἷμα ἀθῷον. ὁ δὲ εἶπον, Τί πρὸς
nos? tu videbis. Et † projiciens argenteos in
ἡμᾶς; σὺ ὄψῃ. καὶ ῥίψας τὰ ἀργύρια ἐν τῷ
templo, recessit: & abiens * se strangulauit. At
ναῷ, ἀνεχώρησε· καὶ ἀπελθὼν ἀπήγξατο. οἱ δὲ
principes ‡ Sacerdotũ ‖ accipientes argenteos, dixerunt: Non
ἀρχιερεῖς λαβόντες τὰ ἀργύρια, εἶπον, Οὐκ
licet * injicere eos in corbanam: quia pretium san-
ἔξεστι βαλεῖν αὐτὰ εἰς τὸν κορβανᾶν· ἐπεὶ τιμὴ αἵ-
guinis est. ‖ Consilium autem sumentes, mercati sunt
ματός ἐστι. συμβούλιον δὲ λαβόντες, ἠγόρασαν
ex illis agrum figuli, in sepulturam
ἐξ αὐτῶν τὸν ἀγρὸν τοῦ κεραμέως εἰς ταφὴν τοῖς
† peregrinis. ‡ Propterea vocatus est ager ille ‡ Ager
ξένοις. διὸ ἐκλήθη ὁ ἀγρὸς ἐκεῖνος ἀγρὸς
sanguinis, vsque ‡ hodie. Tunc impletum est
αἵματος, ἕως τῆς σήμερον. τότε ἐπληρώθη τὸ
* effatum per Ieremiam Prophetam, dicentem, & ac-
ῥηθὲν διὰ Ἱερεμίου τοῦ προφήτου, λέγοντος, καὶ ἔ-
ceperunt triginta argenteos pretium
λαβον τὰ τριάκοντα ἀργύρια, τὴν τιμὴν τοῦ
appretiati, quem appretiauerunt à filiis Israël.
* τετιμημένου, ὃν ἐτιμήσαντο ἀπὸ υἱῶν Ἰσραήλ.
Et dederunt eos in agrum figuli.
καὶ ἔδωκαν αὐτὰ εἰς τὸν ἀγρὸν τοῦ κεραμέως,
sicut constituit mihi Dominus. At Iesus ‖ stetit an-
καθὰ συνέταξέ μοι κύριος. ὁ δὲ Ἰησοῦς ἔστη ἔμ-
te præsidem: & interrogauit eum præ-
προσθεν τοῦ ἡγεμόνος, καὶ ἐπηρώτησεν αὐτὸν ὁ ἡγε-

* pœnitentia ductus,
† projecti argenteis
* laqueo se suspendit.
‡ autem
‡ acceptis argenteis,
* mittere
‖ Consilio autē inito, emerunt
† peregrinorum.
* Propter hoc
‡ Haseldama, hoc est,
‡ in hodiernum diem.
* quod dictum est
* τιμάσθαι
‖ autem

ses, dicens: Tu es rex Iudæorum? At Ie-
μφν, λέγων, σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τῶν ἰουδαίων; ὁ δὲ ἰη-
† quũ accusaretur sus dixit illi: Tu dicis. Et † *in accusa-*
σοῦς ἔφη αὐτῷ, σὺ λέγεις. καὶ ἐν τῷ κατηγορεῖ- 12
ri ipsum a principibus Sacerdotum & seniori-
σθαι αὐτὸν ὑπὸ τῶν ἀρχιερέων καὶ τῶν πρεσβυτέ-
bus, nihil respondit. Tunc dicit illi Pi-
ρων, οὐδὲν ἀπεκρίνατο. τότε λέγει αὐτῷ ὁ πι- 13
aduersum te dicunt testimonia? larus: Non audis quanta *te contra testantur?
λάτος, οὐκ ἀκούεις πόσα σου καταμαρτυροῦσι;
Et non respondit ei ad vllum verbum,
καὶ οὐκ ἀπεκρίθη αὐτῷ πρὸς οὐδὲ ἓν ῥῆμα, 14
‡ mirare-tur præses ita vt ‡ *mirari præsidem* vehementer. Per autẽ diem so-
ὥστε θαυμάζειν τὸν ἡγεμόνα λίαν. κατὰ δὲ ἑορ- 15
§ populo dimittere vnum lennẽ consueuerat præses § *absoluere vnum* vinctum
τὴν εἰώθει ὁ ἡγεμὼν ἀπολύειν ἕνα δέσμιον τῷ
turbæ, quem voluissent. Habebãt autẽ tunc vinctum insi-
ὄχλῳ, ὃν ἤθελον. εἶχον δὲ τότε δέσμιον ἐπίση- 16
*qui dicebatur Barabbas. gnem, *dictum Barabbam. Coactis ergo
μον, λεγόμενον Βαραββᾶν. συνηγμένων οὖν 17
Congregatis illis, dixit illis Pilatus: Quem vultis ‖ *ab-*
αὐτῶν, εἶπεν αὐτοῖς ὁ πιλᾶτος, τίνα θέλετε ἀπο-
‖ dimittam † qui dicitur Chri-stus? *soluam* vobis? Barabbam, an Iesum † *dictum*
λύσω ὑμῖν; Βαραββᾶν, ἢ Ἰησοῦν τὸν λεγόμενον
Christum? Sciebat enim quòd per inuidiam tradidissent
Χριστόν; ᾔδει γὰρ ὅτι διὰ φθόνον παρέδωκαν 18
* pro eum. Sedente autem illo * *super* tribunali,
αὐτόν. καθημένου δὲ αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ βήματος, 19
misit ad eum vxor eius, dicens: Ni-
ἀπέστειλε πρὸς αὐτὸν ἡ γυνὴ αὐτοῦ, λέγουσα, μη-
hil tibi & iusto illi: multa enim passa sum
δὲν σοὶ καὶ τῷ δικαίῳ ἐκείνῳ· πολλὰ γὰρ ἔπαθον
† visum * autem hodie per † *somnium* propter eum. At principes * Sacerdotũ
σήμερον κατ' ὄναρ δι' αὐτόν. οἱ δὲ ἀρχιερεῖς 20
§ populis, & seniores persuaserunt § *turbis*,
* πείθω καὶ οἱ πρεσβύτεροι * ἔπεισαν τοὺς ὄχλους,
ἵνα αἰ-

vt peterent Barabbam, at Iesum † per-
ἵνα αἰτήσωνται τὸν Βαραββᾶν, τὸν δὲ Ἰησοῦν ἀπο-
derent. Respondens autem præses, ait illis:
21 λέσωσιν. ἀποκριθεὶς δὲ ὁ ἡγεμὼν, εἶπεν αὐτοῖς,
Quem voltis de duobus *absoluam* vobis? ‖ *Illi verò*
τίνα θέλετε ἀπὸ τῶν δύο ἀπολύσω ὑμῖν; (4) οἱ δὲ
dixerunt: Barabbam. Dicit *ergo* illis Pila-
22 εἶπον, Βαραββᾶν. λέγει οὖν αὐτοῖς ὁ Πιλᾶ-
tus: Quid igitur faciam § *Iesum dictum Christum?*
τος, Τί οὖν ποιήσω Ἰησοῦν τὸν λεγόμενον Χριστόν;
dicunt ei omnes: Crucifigatur. * *At præ-*
23 λέγουσιν αὐτῷ πάντες, σταυρωθήτω. ὁ δὲ ἡγε-
ses ait: Quid enim mali fecit? ‖ *Illi autem abundè*
μὼν ἔφη, Τί γὰρ κακὸν ἐποίησεν; οἱ δὲ περισσῶς
clamabant, dicentes: Crucifigatur. Videns autem
24 ἔκραζον, λέγοντες, σταυρωθήτω. ἰδὼν δὲ ὁ
Pilatus quia nihil proficeret, sed magis tumultus
Πιλᾶτος ὅτι οὐδὲν ὠφελεῖ, ἀλλὰ μᾶλλον θόρυβος
fieret, ‖ *sumens aquam* lauit manus co-
γίνεται, λαβὼν ὕδωρ ἀπενίψατο τὰς χεῖρας ἀπε-
ram † *turba*, dicens: Innocens sum à san-
ναντι τοῦ ὄχλου, λέγων, ἀθῷός εἰμι ἀπὸ τοῦ α�ί-
guine iusti huius: vos videritis. Et
25 ματος τοῦ δικαίου τούτου· ὑμεῖς ὄψεσθε. καὶ
respondens vniuersus populus, dixit: Sanguis eius super
ἀποκριθεὶς πᾶς ὁ λαὸς, εἶπε, Τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ'
nos, & super * *natos* nostros. Tunc ‡ *absoluit*
26 ἡμᾶς, καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν. τότε ἀπέλυσεν
illis Barabbam: § *At Iesum flagellans,*
αὐτοῖς τὸν Βαραββᾶν, τὸν δὲ Ἰησοῦν φραγελλώσας,
tradidit * vt crucifigeretur. Tunc milites
27 παρέδωκεν ἵνα σταυρωθῇ. τότε οἱ στρατιῶται
præsidis ‖ *assumentes* Iesum in præ-
τοῦ ἡγεμόνος παραλαβόντες τὸν Ἰησοῦν εἰς τὸ πραι-
torium * *coëgerunt* ad eum vniuersam cohor-
τώριον, συνήγαγον ἐπ' αὐτὸν ὅλην τὴν σπεῖ-

† verò
* dimitti
‡ Illi
* Ait illis præses:
‖ At illi magis
* accepta aqua,
† populo,
* filios
‡ dimisit
§ Iesum autem flagellatum
* eis
‖ suscipiẽtes
* congregauerunt.

tem. Et exuentes eum, circumdederunt ei
εαν. καὶ ἐκδύσαντες αὐτὸν, περιέθηκαν αὐτῷ 28
chlamydem coccinam: Et plectentes coro-
χλαμύδα κοκκίνην· καὶ πλέξαντες στέφα- 29
nam de spinis, imposuerunt super caput
νον ἐξ ἀκανθῶν, ἐπέθηκαν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν
eius, & arundinem in dextera eius: & ge-
αὐτοῦ, καὶ κάλαμον ἐπὶ τὴν δεξιὰν αὐτοῦ· καὶ γο-
a flexo nu "flectentes ante eum, illudebant
νυπετήσαντες ἔμπροσθεν αὐτοῦ, ἐνέπαιζον
† Aue ei, dicentes: † Gaude rex Iudæorum.
αὐτῷ, λέγοντες, χαῖρε ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων.
b expuẽtes Et b inspuentes in eum, acceperunt arun- 30
καὶ ἐμπτύσαντες εἰς αὐτὸν, ἔλαβον τὸν κά-
dinem, & percutiebant in caput eius. Et 31
λαμον, καὶ ἔτυπτον εἰς τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. καὶ
postquam illuserunt ei, exuerunt eum chla-
ὅτε ἐνέπαιξαν αὐτῷ, ἐξέδυσαν αὐτὸν τὴν χλα-
my dem: & induerunt eum vestimentis eius: & ab-
μύδα, καὶ ἐνέδυσαν αὐτὸν τὰ ἱμάτια αὐτοῦ· καὶ ἀ-
g vt cruci- duxerunt eum ‡ ad crucifigendum. Exeuntes
figerent. πήγαγον αὐτὸν εἰς τὸ σταυρῶσαι. Ἐξερχόμενοι 32
autẽ inuenerunt hominem Cyrenæum, nomine Simonem:
δὲ εὗρον ἄνθρωπον κυρηναῖον, ὀνόματι σίμωνα·
hunc angariauerunt vt tolleret crucem eius. Et
τοῦτον ἠγγάρευσαν, ἵνα ἄρῃ τὸν σταυρὸν αὐτοῦ. καὶ 33
h venerunt * qui dicitur ‖ quod est * Et
h venientes in locum * dictum Golgotha, ‖ qui est
ἐλθόντες εἰς τόπον λεγόμενον γολγοθᾶ, ὅς ἐστι
dictus Caluariæ locus: * Dederunt ei bibere
λεγόμενος κρανίου τόπος· ἔδωκαν αὐτῷ πιεῖν 34
i vinum † quum gustasset * οἶνον * μίσγειν
i "arecum cum felle mixtum. & † gustans
* ὄξος μετὰ χολῆς * μεμιγμένον. καὶ γευσάμενος
noluit bibere. k Crucifigentes verò eum, di-
οὐκ ἤθελε πιεῖν. σταυρώσαντες δὲ αὐτὸν, δι- 35
k Postquam autem crucifixerunt ‡ mittẽtes uiserunt vestimenta eius, ‡ iacientes sor-
μερίσαντο τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, βάλλοντες κλῆ-
ρον·

tem: vt implereturꝰ effatum à Propheta:
εον· ἵνα πληρωθῇ ὃ ῥηθὲν διὰ τοῦ προφήτου,
Diſpertiti ſunt veſtimenta mea ſibiipſis, & ſuper
διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς, καὶ ἐπὶ τὴν
veſtem meam *ieceruntſortem. Et ſedentes
ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον. καὶ καθήμενοι
ſeruabant eum illic. Et impoſuerunt ſuper
ἐτήρουν αὐτὸν ἐκεῖ. καὶ ἐπέθηκαν ἐπάνω τῆς
caput eius cauſam ipſius ſcriptam:
κεφαλῆς αὐτοῦ τὴν αἰτίαν αὐτοῦ γεγραμμένην,
HIC EST IESVS
ΟΥΤΟΣ ΕΣΤΙΝ ΙΗΣΟΥΣ Ο
REX IVDÆORVM.
ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΤΩΝ ΙΟΥΔΑΙΩΝ.

Tunc crucifixi ſunt cum eo duo latrones, vnus à
38 τότε σταυροῦνται σὺν αὐτῷ δύο λῃσταί, εἷς ἐκ
dexteris, & vnus à ſiniſtris. At prætereun-
39 δεξιῶν, καὶ εἷς ἐξ εὐωνύμων. οἱ δὲ παραπορευό-
tes ‖ blaſphemabant eum, mouentes ca-
μενοι ἐβλασφήμουν αὐτὸν, κινοῦντες τὰς κε-
pita ſua: Et dicentes, ᵒ Diſſoluens
40 φαλὰς αὐτῶν, καὶ λέγοντες, ὁ καταλύων τὸν
templum †, & in ᵒtribus diebus ædificans, ſerua te-
ναὸν, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις οἰκοδομῶν, σῶσον σε-
ipſum. Si filius es Dei, deſcende de cruce.
αὐτόν. εἰ υἱὸς εἶ τοῦ θεοῦ, κατάβηθι ἀπὸ τοῦ σταυροῦ.
Similiter verò & principes Sacerdotum illudentes cum
